

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Crudelitas a  
cum fonte primo

Nunquid stultis et insensatis ac  
brutis animalibus leuia uerba et non  
magis aspera ut tales decet dum  
delinquent obicienda sunt?

→

Proteruia dicit:

Numquid stultis, numquid insensatis ac  
brutis animalibus lenia uerba et non  
magis asperrima, ut talibus decet, dum  
delinquunt, obicienda sunt?

Sed mansuetudo respondet: Non tua in  
his persuasio, sed Apostoli sequenda est  
praeceptio, qui de hac sententia dilectum  
discipulum admonet dicens: *Seniorem ne  
increpaueris, sed obsecra ut patrem,  
iuuenes ut fratres, anus ut matres,  
iuuenculas ut sorores, in omni castitate.*

Et rursus, *Seruum, inquit, Domini non  
oportet litigare, sed mansuetum esse ad  
omnes, doctorem patientem, cum  
modestia corripientem eos qui resistunt.*

Rursumque: *Argue, obsecra, increpa, in  
omni patientia et doctrina.* Quod  
uidelicet malum proteruiaae deterius  
adhuc subditos quam praelatos nocet.

Saepe enim contingit, ut leniter ac  
cum caritatis

Saepe enim contingit ut leniter ac

dulcedine correptio prolata  
spernitur et contra humilitatis uerba  
despectionis iacula emittuntur,  
Proteruia dicit.

←

dulcedine prolatam correptionem  
spernant, et contra humilitatis uerba  
dispectionis emittant iacula.

Augustinus in libro de conflictu  
uiciorum et uirtutum.

Ambrosius Autpertus, *Libellus de  
conflictu uiciorum atque uirtutum*, 10  
(CCCM 27B, R. Weber ed., p.917, ll.1-  
14).